Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

Quod phi vera caruerunt humanitate: qui cum stoicis eam inter morbos anime posuerunt: XIIII.
Quod peripatetici vincant stoicos & doceant affectuum naturalium stimulos euelli non posse: sed mitigari. & quod ea que brutis animalibus data sint singula hominum insita sunt uniuersa: & quomodo stoici mentis affectiones diffiniant: XV.
Quod perypatetici errauerint & quod bonus usus affectuum uirtus est: malus uitium & quod usus ipse ex causa pensandus est: XVI.
Quod ea que phi uitia putant: uirtutes sunt: si tamen referantur ad finem debitum .i. ad deum & quod insani sunt: qui humanam naturam ingeniis affectibus spoliare nituntur: XVII.
Quod precepta dei quibus insistendum est a physicis dissident institutis & quantus sit patientie titulus: XVIII.
Quod peripatetici stoicis obuiant in defensione affectuum: & que sint tres furie: quas poete finxerunt & quis earum usus sit vel abusus: XVIIII.
De quinque sensuum voluptatibus & quare plus voluptatis datum sit homini a natura: quam animantibus ceteris & primum de voluptate uisus & de spectaculis euitandis & de ludorum & spectaculorum auctoribus: XX.
De voluptate aurium & quid sibi uelit diuinorum eloquiorum simplicitas que omnibus carminibus & floribus pompisque uerborum preferenda est: XXI.
De voluptate olfactus & gustus: quam vir prudens euitare debet: ut laqueos & tendiculas mortis. XXII.
De voluptate tactus & quare in homine sit vehementior: quam in ceteris animalibus: & quantas per eam diabolus turpitudines ingerat: & pericula geheñe. & de licito coitu & illicito. & quare inter omnia animantia sola mulier post conceptum sit patiens uiri & quis sit continentie vel incontinentie fructus: XXIII.
De penitentia & fructu eius & conscientie stimulis. & de stricto iuditio dei. ex quibus sacrificiis & in qua ara possit placari: XXIIII.
De differentia doni & sacrificii diuini & forma laudandi deum: & orationis forma fructuum :- XXV.

L. Coelii Lactantii firmiani diuinarum institutionum aduersus gentes. Liber Sextus de uero cultu Ad Constantinum imperatorem. Incipit feliciter :-